

hominem ab omni peccato immunem?
Non vivitur cum perfectis hominibus, inquit
Cicero l. i. offic. Sin posterius intelligitur,
major est vera, *falsa minor*. Absit enim,
 ut omnes turpissimis sceleribus, scortatio-
 nibus scil. homicidio, avaritia, &c. sint
 contaminati. *Paucis: major* loquitur de eo
 qui omnium peccatorum est expers: *mi-*
nor de certis quibusdam peccati speciebus.

6. *Qui non debent esse solliciti de victu
 & cultu corporis, illi etiam nihil curare
 debent.*

*Christiani non debent esse solliciti de vi-
 ctu & cultu corporis. Matth. 6. 25.*

E. nihil curare debent.

Resp. Eodem morbo laborat. *solicitem* es-
 se enim dupliciter dicitur: *vel* de sollicitu-
 dine necessariâ & mandatâ, quæ respicit
 cujusq; officium: *vel* de non necessariâ
 seu prohibitâ, quæ est diffidentia & despe-
 ratio.

7. *Quicumq; hominem indurat, ille est cau-
 sa peccati,*

Deus hominem indurat, Es. 63. 17.

E. Deus est causa peccati.

Resp.